

# Première Supérieure – Ulm : Latin

Les étudiants mettront à profit l'été pour maintenir et consolider leurs connaissances du latin en se munissant, si ce n'est fait, des usuels indispensables et en réalisant les travaux indiqués ci-dessous :

## 1. Usuels indispensables :

- Dictionnaire latin-français (Gaffiot ou Goelzer – pas de version poche) ;
- Grammaire latine (Sauzy, Ernout & Thomas...) ;
- Pour les lettres classiques, dictionnaire français-latin Edon.

## 2. Lecture active d'œuvres traduites (ne pas les acheter – accessibles en ligne et empruntables dans les bibliothèques), prise de notes indispensable :

- Tite Live, *Histoire romaine*, livre I ;
- Phèdre, *Fables*, livre I ;
- Virgile, *Géorgiques*, livres III et IV.

## 3. Versions : chacun, à son rythme, doit **obligatoirement** faire les versions ci-dessous, dans l'ordre où elles se présentent (à envoyer par mail au format Word, à l'adresse suivante : [xaviermartinlaprade@gmail.com](mailto:xaviermartinlaprade@gmail.com). Ecrire une ligne sur deux.) – ceux qui ne les auront pas faites le jour de la rentrée, disposeront des 15 premiers jours pour les réaliser en plus du travail demandé alors.

Traduction intégrale pour tous

Picto quod iuga delicata collo  
pardus sustinet improbaeque tigres  
indulgent patientiam flagello,  
mordent aurea quod lupata cervi,  
5 quod frenis Libyci domantur ursi  
et, quantum Calydon tulisse fertur,  
paret purpureis aper capistris,  
turpes esseda quod trahunt bisontes  
et molles dare iussa quod choreas  
10 nigro belua non negat magistro:  
quis spectacula non putet deorum?  
Haec transit tamen, ut minora, quisquis  
venatus humiles videt leonum,  
quos velox leporum timor fatigat.  
15 Dimittunt, repetunt, amantque captos,  
et securior est in ore praeda,  
laxos cui dare peruiosque rictus  
gaudent et timidos tenere dentes,  
mollem frangere dum pudet rapinam,  
20 stratis cum modo venerint iuvenis.  
Haec clementia non paratur arte,  
sed norunt cui serviant leones.

Traduction intégrale pour tous

Delphinus non homini tantum amicum animal, verum et musicae arti, mulcetur symphoniae cantu, et praecipue hydraulici sono. Hominem non expavescit ut alienum, obviam navigiis venit, adludit exultans, certat etiam et quamvis plena praeterit vela. Divo Augusto principe Lucrinum lacum invectus pauperis cuiusdam puerum ex Baiano Puteolos in ludum litterarium itantem, cum meridiano immorans  
5 appellatum eum Simonis nomine saepius fragmentis panis, quem ob iter ferebat, adlexisset, miro amore dilexit. Pigeret referre, ni res Maecenatis et Fabiani et Flavi Alfii multorumque esset litteris mandata. Quocumque diei tempore inclamatus a puero, quamvis occultus atque abditus, ex imo advolabat pastusque e manu praebat ascensuro dorsum, pinnae aculeos velut vagina condens, receptumque  
10 Puteolos per magnum aequor in ludum ferebat simili modo revehens pluribus annis, donec morbo extincto puero sub inde ad consuetum locum ventitans tristis et maerenti similis ipse quoque, quod nemo dubitaret, desiderio expiravit.

Les carrés traduisent à partir de *quaerente*, ligne 4 – *eo* désigne Antoine ; ligne 5, le sujet de *respondit* est Cleopatra

### Les perles de Cléopâtre

[Duo fuere maximi uniones per omne aeuum; utrumque possedit Cleopatra, Aegypti reginarum nouissima, per manus orientis regum sibi traditos. Haec, cum exquisitis cotidie Antonius saginaretur epulis, superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix lautitiam eius omnem apparatusque obtrectans], quaerente eo, quid  
5 adstrui magnificentiae posset, respondit una se cena centiens HS<sup>1</sup> absumpturam. Cupiebat discere Antonius, sed fieri posse non arbitrabatur. Ergo sponsionibus factis postero die, quo iudicium agebatur, magnificam alias cenam, ne dies periret, sed cotidianam, Antonio apposuit inridenti computationemque expostulanti. At illa corollarium id esse et consumpturam eam cenam taxationem confirmans solamque  
10 se centiens HS cenaturam, inferri mensam secundam iussit. Ex praecepto ministri unum tantum uas ante eam posuere aceti, cuius asperitas uisque in tabem margaritas resoluit. Gerebat auribus cum maxime singulare illud et uere unicum naturae opus. Itaque expectante Antonio, quidnam esset actura, detractum alterum mersit ac liquefactum obsorbuit. Iniecit alteri manum L. Plancus, iudex sponsionis eius, eum quoque parante simili modo absumere, uictumque Antonium pronuntiauit omine rato. Comitatur fama unionis eius parem, capta illa tantae quaestionis uictrice regina, dissectum, ut esset in utrisque Veneris auribus Romae in Pantheo dimidia eorum cena.

---

<sup>1</sup> HS : abréviation pour *sestertius* ; *centiens HS* = dix millions de sesterces.

Les carrés traduisent jusqu'à *venerandi*, ligne 13

Importance de l'horticulture.

Superest ergo cultus hortorum segnis ac neglectus quondam veteribus agricolis,  
nunc vel celeberrimus; siquidem cum parciore apud priscos esset frugalitas, largior  
tamen pauperibus fuit usus epularum : lactis copia, ferinaeque ac domesticarum  
pecudum carne, velut aqua frumentoque, summis atque humillimis victum  
5 tolerantibus.

Mox cum sequens, et praecipue nostra aetas dapibus libidinosa pretia constituerit,  
cenaque non naturalibus desideriis, sed censibus aestimentur, plebeia paupertas  
submota pretiosioribus cibus ad vulgares compellitur.

Quare cultus hortorum, quorum fructus magis in usu est, diligentius nobis, quam  
10 tradidere maiores, praecipendus est : isque, sicut institueram, prorsa oratione  
prioribus subnecteretur exordiis, nisi propositum meum expugnasset frequens  
postulatio tua<sup>1</sup>, quae praecepit, ut poeticis numeris explerem Georgici carminis  
omissas partes, quas tamen et ipse Vergilius significaverat posteris se memorandas  
relinquere. Neque enim aliter istud nobis fuerat audendum, quam ex voluntate vatis  
15 maxime venerandi; [cuius quasi numine instigante, pigre sine dubio propter  
difficultatem operis, verumtamen non sine spe prosperi successus adgressi sumus  
tenuem admodum et paene viduatam corpore materiam, quae tam exilis est, ut in  
consummatione quidem totius operis annumerari veluti particula possit laboris  
nostri, per se vero et quasi suis finibus terminata, nullo modo speciose conspici.]

---

<sup>1</sup> Columelle s'adresse à Publius Silvinus, dédicataire mal connu, sans doute un viticulteur voisin.

